



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





Digitized by Google

1168 116.
I. N. D. N. I. C.
DE

PRIVILEGIIS ET IMMVNITA- TIBVS ACADEMIAE REGIOMONTANAЕ, COMMENTATIO IVRIDICA,

QVAM
MAGNIFICI IVRISCONSVLTORVM ORDINIS INDVLTV
PRAESIDE

REINHOLDO FRIDERICO DE SAHME,

ICTO,
ACADEMIAE REGIOMONTANAЕ DIRECTORE ET CANCEL-
LARIO, ANTECESSORE PRIMARIO, FACULTATIS IVRIDICAE
ORDINARIO, SVMMAE, QVAE IN REGNO PRUSSIAE VIGET,
ADPELLATIONVM CVRIAЕ, ET SENATVS ECCLESIA-
STICI SAMBIENSIS CONSILIARIO,
PATRVO EA, QVA DECET, PIETATE VENERANDO
ERUDITORVM EXAMINI

SUBICIT
AVCTOR ET RESPONDENS

GOTTLOB IACOB SAHME,

REG. PRVSS.
ANNO ACADEMIAE SAECVLARI SECUNDО,
c16CCXXXIX. DIE XXVIII. SEPTEMBER.

LITTERIS REVSNERIANIS.

1764



VIRO
DE ME MEISQVE REBV\$ OPTIMO MERITO
CHRISTIANO HENRICO
GVETTHER,

Potentissimi Prusorum Regis a Confiliis Aulicis,
Academiae Regiomontanae Professori,
Bibliothecae Wallenrodianaæ Praefecto primario,
FAVTORI, PRAECEPTORI, AVVNCVLO,
ea, qua decet, pietate venerando,

S. P. D.

GOTTL. IAC. SAHME.

*Semper quidem TE, VIR AMPLISSIME,
ut alterum meum Parentem colui ac vene-
ratus sum, ast nunc publicum grati animi do-
cumentum exstare volo. Vix enim crederet
quisquam, quo studio, qua animi contentione
saluti meæ utilitatique hactenus consulueris.
TIBI, VIR ORNA FISSIME, quicquid est
in me cultioris doctrinae, acceptum fero; tot-*

que per decem annorum spatiū, quo, domi-
cilio TVO vti, mibi concessum fuit, singularis
TVI erga me fauoris expertus sum documenta
ac tanta, vt merito erubescerem, si absque
publico gratae mentis TIBI exhibito specimi-
ne, ab hac Musarum sede discederem. Igno-
sces ergo, AVVNCVLE OPTIME, quod
hasce pagellas TVO dicare NOMINI fuerim
ausus, dum homines mei generis praeter mu-
nus chartaceum vix aliud offerre valeant.

Accipe simul veteres grates, pro ista TVA
diligentia, pro indefessa cura, pro magna fide,
pro arcta amicitia ista, quibus me, parentibus
orbatum, pupillum instituisti, ac discipulum
dilexisti. Et quemadmodum TE doctissimum
praeceptorem habui, sic summum fautorem,
vt in posterum habeam, precor ac oro. Vale,
et res TVAS in ornamentum Academiae no-
strae semper felicissime gere. Dabam Regio-
monti VIII. Kalend. Octobr. CCCCXXXIII.



DE
PRIVILEGIIS ET IMMVNITATI-
BVS ACADEMIAE REGIO-
MONTANAÆ.



INGRESSVS.

uum omnes fere Academiae nostrae ci-
ues de secundo matris suae ALBER-
TINAE laetentur Natali , et partim
perorando, partim gratulando, suam exprimere conati
fint laetitiam , & me disputando illis adiungere licebit.
Eo magis vero ad concendentiam obligatus sum ca-
thedram, dum iter ad exteris iam meditatum est regio-
nes , sarcinolaeque iam sunt collectae ; patriae vero de
tempore in Academia collocato reddere rationes ius et
aequitas postulant. Ex consilio ergo PRAESIDIS IL-
LVSTRIS materiam de PRIVILEGIIS et INMVNI-
TATI-

A

TATIBVS ACADEMIAE REGIOMONTANAЕ
succincta commentatione explicandam elegi , dum illa
tempori praeſenti maxime conueniens esse videtur ; et
iucundum sit etiam in his Gratiſiſſimi Fundatoris hoc
anno Saeculari ſecundo renouare memoriam : Faxit
DEVS FELICITER.

§. I.

*Etymologia
vocis Acad-
emiac.*

Magna adhuc inter eruditos lis eſt , vnde vox
ACADEMIA suam trahat originem . Alii
enim a Graecorum quodam Heroë ACA-
DEMO vocabuli eius deducunt originem , qui
Athenis , in loco arboribus cincto , publicam instituisse
legitur scholam , quae a conditore nomen accepit
ACADEMIAE , a) quamque PLATO , summae apud
Graecos auctoritatis Philosophus , preelectionibus suis
ibidem habitis reddidit celebriorem . b) Alii vocabu-
lum hoc deriuant a CADMO , AGENORIS Tyriorum
Regis filio , qui primum in Boëtia , postea vero Athenis
CADMIAM seu CADMEAM , id eſt gymnasium sci-
tiarum , instituit . c) Alii adſirmant hanc vocem compo-
ſitam eſſe ab ἀνος remedium et δῆμος populus , quasi Aca-
demiae ſint remedium populi contra inſcitiam et igno-
ran-

a) Alii hunc heroem adpellant HECADEMVM , alii ECHE-
MVM , alii ECADEMVM vnde HORATIVS :

Scilicet ut possem curuo dignoscere rectum

Atque inter Sylvas ECADEMI quaerere verum.

Lib. II. Epift. II.

b) LAERTIVS *Lib. III. de vit. Philosoph. IAC. MIDDEN-*
DORPIVS de Academiis Lib. I. pag. 2.

c) FRAN. IVNIVS *de Academiis cap. I.*

rantiam. d) Quum vero prior sententia omnibus aliis sit probabilius, & ego illam amplector. In eo tamen omnes conueniunt scriptores ACADEMIARVM originem ex Graecia esse deducendam. e) PLATONIS enim, quam modo laudauimus schola, omnium videtur esse antiquissima. Hocque institutum omnes fere sequutae sunt gentes. Institutae enim sunt scholae ALCAIRIENSIS, f) ALEXANDRINA, g) ANTIOCHENA, h) ATTICA, i) BERYTENSIS, inclutum illud Iurisconsultorum seminarium, k) CAESARIENSIS, l) CARTHAGINENSIS, m) et multae aliae, quas CONRINGIVS, Vir de re litteraria optime meritus, amplius recenset. n) Licet vero hae scholae nomine Academiarum sint insignitae, longo tamen interuallo a nostris abfuerunt vniuersitatum moribus. CONRINGIVS laudatus inter scholas illas et Academias nostras

A 2

sat

- d) Conf. ARN. HENR. SAHME, Parentis post fata adhuc venerandi, dissert. *An Academiae in emporiis sint erigendas.*
Reg. 1704. hab.
- e) LIMNAEI ius publ. *Lib. VIII. cap. I. n. 9.*
- f) CONRINGIVS de *Antiquit. Acad.* p. 29. Edit. Goettingensis
de A. c1710ccxxviii.
- g) Idem *l. c. pag. 11. et 25.* B. HEINECCIVS in *Historia I. C.*
*Lib. I. §. 30r.**
- h) Idem *l. c. pag. 192.*
- i) Idem *l. c. pag. 17.*
- k) Idem *l. c. pag. 21.* B. HEINECCIVS *l. c. §. 361.*
- l) Idem *l. c. pag. 32.*
- m) Idem *l. c. pag. 21. seqq.*
- n) Idem *l. c.*

far ample delineauit differentias, o) illas ergo adducere superiuacaneum esse arbitror.

§. II.

*Academia
quid sit et
quare dici-
tur vniuer-
sitas.*

Est autem ACADEMIA: *collegium docentium et discentium a summo Principe confirmatum*, ut certo in loco artes liberales publice tradere & addiscere, atque eruditis honorum aliquot titulos et gradus conferre, aliisque immunitatibus gaudere possit, in supremi Numinis honorem, publicamque utilitatem. p) Dicuntur alias Academiae etiam VNIVERSITATES. Evidem MIDDENDORPIVS putat, hoc exinde ortum esse, quia omnibus ac vniuersis ad Academias pater aditus; q) vel vti SCHWEDERO placet, quia vniuersa artium liberalium genera ibidem tractantur. r) Recte vero obseruauit LIMNAEVS, has rationes non esse sufficientes. Alias enim monasteria etiam essent Vniuersitates, quia vnicuique ad ea pater aditus; et insuper non in omnibus Academiis vniuersa docentur liberalium artium genera. ACADEMIAE PARISIENSI enim HONORIVS PAPA, A. C. clcccxx. ius civile profiteri interdixit. s) Et in ACADEMIA AVRELIANENSI nulla tractantur theologica, quibus tamen Academiis Vniuersitatum nomen denegari non potest. t) Vera ergo ratio, quare Academiae adpellantur

o) Idem l. c. pag. 16. seqq.

p) LIMNAEI ius publ. l. c. n. 24. SAHME diff. cit. §. I.

q) MIDDENDORPIVS l. c. Lib. I. pag. 2.

r) GABRIEL SCHWEDER in iure publ. part. Spec. Sect. I. cap. VI. pag. 312.

s) CONRINGIVS l. c. pag. 98. MIDDENDORPIVS l. c. Lib. VI. pag. 371. cap. et super spectula X. de primis.

t) LIMNAEI Jus publ. l. c. n. 5.

tur Vniuersitates, est; quod ex variis collegiis & corporibus sunt compositae. v) Quemadmodum enim omnia collegia omnesque societates dici possunt Vniuersitates, ita Academiae tamen ~~nat' ξοχη'~~ hoc nomine insigniuntur. x)

§. III.

Quodsi antiqua consideremus tempora, studia fere *Academiarum originorum*.
cantum in collegiis Canonicorum tractabantur, dum
ALEXANDER III. PAPA, in concilio Lateranensi A.
cl^o CLXXVIII. habito omnibus iniunxit Episcopis, vt in
singulis ecclesiis Professorem constituerent, qui iuuen-
tutem in omnibus erudiret scientiis. Quum autem tem-
poris tractu Canonici ad officia vocarentur aulica, sicque
studiis incumbere impedirentur, munus docendi in mo-
nasteria translatum est. Quia vero et Monachi, igna-
niae et otio maxima ex parte dediti, studia neglexerunt,
optimum tandem iudicatum est, Academias aliis insti-
tuere in locis. y)

§. III.

Omnium, quae hodie existant, Academiarum in *Cantabrigiensis in Anglia et Bononiensis in Italia sunt antiquissimae Academiae.*
specie sic dictarum, quae sit ANTIQVISSIMA adhuc sub iudice lis est. Alii enim CANTABRIGIENSI in Anglia, alii vero BONONIENSI in Italia hunc vindicare volunt honorem. CANTABRIGIENSEM iam circa finem saeculi P. C. N. secundi conditam esse academiam, Britanniae adserunt scriptores. Narrant enim LVCAE Britanniae Regem, per doctores Cantabri-
gienses A 3

v) LVCAE *Europaeischer Helicon* pag. 27.x) LIMNAEVS *I. c. n. 17.*y) LIMNAEVS *I. c. n. 25.*

giensēs ad christianam conuersum esse religionem,
 hancque singularibus ornauisse Academiam priuile-
 giis. z) Alii pro fundatore huius Academiae CANTA-
 BRVM Regem Hispanorum venditant; hunc enim, per
 tumultum et seditionem patria pulsum , in Britanniam
 migrauisse , et A. ccclxxv. CANTABRIGIAE publi-
 cam liberalium artium instituisse academiam , aiunt. a)
 Alii adhuc hanc Academiam a SIGEBERTO Anglo-
 rum Rege A. 10cxxx. conditam putant. Sed haec vlti-
 ma opinio nullam meretur fidem , exstat enim HONO-
 RII I. PAPAE rescriptum Romae 10cxxxiii. datum, quo
 et se CANTABRIGIAE operam litteris dedisse confi-
 tetur. b) Hoc tamen constat, SIGEBERTVM hunc
 cognomine PIVM A. 10cxxxvi. hanc Academiam ex
 consilio FELICIS Episcopi meliorem redegisse in sta-
 tum. c) Temporis iniuria vero haec collapsa Acade-
 mia , ast ab HVGONE BALSAMO Episcopo Eliensi
 saeculo XIII. est restaurata. d) BONONIENSEM vero
 quod concernit Academiam, eam iam a THEODOSIO
 II. Romanorum Imperatore A. C. ccccxxxiii. fundatam
 et maximis ornatam esse priuilegiis reperimus , quae
 apud MIDDENDORPIVS legi possunt , inter quae
 imprimis haec constitutio notatu digna est: *Qui praetor
 indexue*

z) MIEGE Geist- und weltlicher Staat von Gros-Brittannien und Irland. T. I. p.36. MIDDENDORPIVS l. c. Lib. VIII. pag. 457.

- a) LVCAE Europaeischer Helicon. pag. 247.
- b) MIDDENDORPIVS l. c. pag. 458.
- c) LVCAE l. c.
- d) LVCAE l. c.

iudexue quinquennio in Bononiensi Gymnasio studiorum caussa non consumto, ad iudicandum adcesserit, eius decreta sententiae irrita sunt. Qui Doctor in ordinem adscitus, libro a maioris ecclesiae Archidiacono non accepto, fuerit eius dignitas, licet peritorum omnium suffragiis comprobata, prorsus nulla esto. Qui scholarem aliquem, ad Gymnasiū Bononiensem pergentem, manu verboue offenderit, capit is reus esto. e) Temporis iniuria quidem et haec collapsa Academia, ast a CAROLO M. iterum est renovata. FRIDERICVS II. vero Romanorum Imperator huic Academiae multum adulit damni, quod in bello aduersus COELESTINVM IIII. PAPAM huius fuit partibus. Ast Pontifices EVGENIVS IIII. NICOLAUS III. et LEO X. in pristinam eam redegerunt formam, f) et a saeculo XII. magni semper fuit nominis. Praesertim vero famigeratissimi in hac floruerunt Academia IVRECONSVLTI. Notissimus ille iuris ciuilis restaurator IRNERIVS, vel vti alii illum nominant GVARNERIVS vel WERNERIVS primus hic iuris professor est constitutus. g) AZO, ICtorum sua aetate Princeps, ACCVRSIVS et multi alii hanc Academiam docendo reddiderunt celebriorem. h) Notandum tamen est in hac vniuersitate nulla tractari medica, i) et INNOCENTIVM VI. PAPAM Theologicam professionem primum A. C. CCCCLXII. introduxisse.

e) MIDDENDORPIVS *l. c. Lib. IIII. pag. 18.*

f) MIDDENDORPIVS *l. c. Lib. IIII. pag. 7.*

g) B. HEINECCIVS in hist. iur. ciu. *Lib. I. cap. VI. §. 43.**

h) B. HEINECCIVS *l. c. §. 47.*

i) VITRIARI *ius publ. Lib. IIII. cap. X. §. 7.*

§ DE PRIVILEGIIS ET IMMVNITATIBVS

xisse. k) Gaudet etiam haec Academia magnis a CAROLO V. Romanorum Imperatore ipfi concessis priuilegiis, quum ibidem A. ccccxxviii. a CLEMENTE VII. PAPA coronaretur. l)

§. V.

In Germania vero Pragensis.

Alias prouincias exteraque regna lubens praetereo. AD GERMANIAM vero quod adtinet CAROLVS M. quidem multis in locis, e. g. OSNABRGAE, HILDESIAE etc. scholas instituit illustres, quae vero nomen Academiarum non merentur. Sed CAROLVS III. Romanorum Imperator primam in Germania condidit Academiam nempe PRAGENSEM, quo anno autem illud factum adhuc in lite est. VITRIARIVS m) et SCHWEDERVS, n) putant hanc Academiam A. cccclx. vel cccclxi. conditam esse, ast WENCESLAVS HAGECIVS optimus rerum Bohemica- rum interpres, expresse scribit, Academiam hanc iam A. cccxxxxviii. esse fundatam, o) cui etiam tanquam indigenae maior videtur habenda fides. Interim vniuersitas haec magnis ornata est praerogatiuis, praesertim vero exteris maiora concessa erant priuilegia quam indigenis, quum vero Imperator WENCESLAVS A. cccccviii. exteros ob doctrinam IOANNIS HVSSI suis priuare voluit iuribus, vno die ultra duo millia stu- diosorum

k) MIDDENDORPIVS *l. c. pag. 13-*

l) LIMNAEVS in iur. publ. *Lib. VIII. cap. I. n. 33.*

m) VITRIARIVS *l. c. §. 8.*

n) SCHWEDER in iur. publ. part. *Sp. sect. I. cap. 6. pag. 318.*

o) WENCESL. HAGECIVS in der Boehmischen Cronik pag.

diosorum discesserunt , & intra octiduum ultra viginti quatuor millia studiosorum abierunt , quorum plerique LIPSIAM se contulerunt , vbi FRIDERICVS I. Saxoniae Elector praeterito anno nouam exerat Academiam. p)

§. VI.

Traetū temporis et aliae in Germania , aliisque in regionibus fundatae sunt Academiae. Papa autem Romanus illis temporibus ius erigendi Academias sibi soli adrogari voluit , adeo ut omnes fere religioni Catholicae addicti , eas pro Academiis non habeant , quae non Pontificum munitae sunt priuilegiis : immo et a protestantibus etiam MATTHEVS STEPHANI hanc defendit sententiam , q) et quidem ex eo fundamento , quia Academiae sunt societas ecclesiasticae . Alii distinctionem faciunt inter scientias profanas et inter ius sacrum seu theologicum . Respeetu ad illas vnumquemque Monarcham condere posse Academiam arbitrantur , intuitu huius autem auctoritatem docendi a Pontifice , quam a summo religionis antistite , esse petendam . r) LIMNAEVS vero omnes has diluit obiectiones , et summo imperanti hoc ius feliciter vindicauit . s) In Germania tamen , si a statibus imperii erienda sit Academia , Imperatoris requiritur consensus et confirmatio , quia hoc ius ad reseruata Imperatoris pertinet . Catholici quidem hodie B etiam

p) Idem l. c. p. 651. seqq. SCHWEDERVS l. c.

q) MATTH. STEPHANI de Acad. cap. II. n. 17.

r) AD. CONZON Lib. IIII. Polit. §. 2. p. 218.

s) LIMNAEVS in iur. publ. l. c. n. 40. seqq.

etiam Papae adhuc requirunt confirmationem , ast protestantes illam pro superuacanea merito reputant.

§. VII.

*In PRVS.
SIA pri-
mum seculo
XIII. in-
troducere
fus scholae.* PRVSSIAM nostram quod concernit , illam antiquissimis temporibus maxime fuisse incultam historiarum testantur monumenta. Religio quidem christiana ibidem iam saeculo X. fuit introducta , t) sed illa, propter superstitionem veterum incolarum, nullas agere potuit radices , donec tandem saeculo XIII. ordo Teutonicus hanc sub iugum redegit prouinciam , et pedentim post varia bella ad christianam conuertit religionem. Nullam vero scriptores Prussiae faciunt mentionem , quod ibidem statim etiam studia litterarum fuerint introducta. Sed WINRICVS DE KNIPRODE, generalis ordinis Teutonici Magister, primus demum fuit, qui saeculo XIII. in PRVSSIA SCHOLAS instituisse legitur, v) quod exemplum etiam successores eius sunt imitati.

§. VIII.

*Albertus
studia impri-
mis premo-
vit.* Praesertim vero ALBERTVS, gloriosae memoriae, supremus ordinis Teutonici Magister , et primus PRVSSIAE DVX mutato ordinis statu in id mox intendit animum, vt studia florerent in PRVSSIA, quare etiam ad erudiendam iuuentutem multas instituit Scholas. Ipse illud confitetur in programmate fundationis Academiae A. ccccxxxxiii. d. XX. Iulii edito , vbi sequenti-

t) Conf. ANDR. SCHOTTI *Prussia christiana et ACTA PRVSSICA Tom. I. pag. 248.*

v) V. A. CHRIST. HARTKNOCHI *Prensische Kirchen-Historie. Lib. I. cap. IIII. pag. 186.*

quentibus vtitur verbis: *quare et in oppidis scholas pueriles institui curauimus, ubi latinae linguae et doctrinæ Christianæ elementa tradi volumus.* x) Non parum vero excitauit ALBERTVM salutaris a B. LVTHERO tunc temporis inchoata religionis reformatio, et singularis quam cum eo inierat amicitia. LVTHERVS enim varios in PRVSSIAM misit Theologos, qui incolas a pontificiis detrahere conati sunt superstitionibus, quique ALBERTO persuaserunt, ut ad promouenda studia et propagandam religionem Academiam erigeret Regiomontanam. Imprimis autem IOANNES BRISMANNVS hoc ALBERTO dedisse consilium videtur. Testantur id verba quae in epitaphio illius, quod in Cathedrali exstat ecclesia, leguntur, quaeque sic sonant:

Fertur magna nouae caussa fuisse scholæ.

§. VIII.

Antequam vero ALBERTVS adhuc condidit Academiam A. ccccxxxxxi. d. XXIIII. Octobris instituit PARTICVLARE, quod nihil aliud erat, quam schola illustris seu gymnasium, in quo omnes fere docebantur doctrinæ. Expressè enim ALBERTVS in fundatione huius PARTICVLARIS ait: *Wollen dennach in unserer Stadt Kneiphof im Thum eine freye Schul und Particular fundiret haben, zu welcher nach Gelegenheit und viele der Schüler, allerley Sprachen, Lateinisch, Griechisch und Hebraeisch, nicht weniger auch Theologia, Ius, Medicina und die andre berrliche und löbliche freye Künste ieder-*

*Et primo
instituite
PARTI-
CVLARE.*

B 2

männig-

x) HARTKNOCHIVS l. c. Lib. II. cap. I. pag. 287.

m nniglich gelesen und vorgetragen werden moegen. y)
 Hoc PARTICVLARE etiam, post fundatam iam Academiam, vsque ad A. cccxcvi. floruit, quo vero tempore a GEORGIO GVILIELMO Electore Brandenburgico et Duce Prussiae ob multas inde enatas inconuenientias iterum est abolitum. z)

§. X.

*Postea vero
Acade-
mum.*

Quum vero et hoc PARTICVLARE non sufficere videretur ALBERTO, ipsam hanc ACADEMIAM fundare decreuit, illamque foundationem d. XX. Iulii cccxxxxiii. peculiari intimauit diplomate, a) ipsa vero inauguratio d. XVII. Augusti stili veteris e. a. est facta. b) Praesertim autem ALBERTVS in hoc maximi momenti negotio vsus est consilio GEORGII SABINI, viri longa eruditione incluti et Poëtae incomparabilis, ac ob singularia merita a CAROLO V. nobilitate donati. Sic enim ipse loquitur ALBERTVS: SABINVS *inter illos fuit, qui nobis fuerunt constitutae Academiae auctores, et non minima ipsius opera status reipublicae huius litterariae est collatus.* c) Veram autem, qua ad constituendam hanc Academiam motus est, caussam ipse exponit ALBERTVS in diplomate allegato; nempe:

y) GRVBE corp. constit. Prutenic. *Part. I. pag. 107.*

z) GRVBE *I. c. pag. 263.*

a) Reperitur id in SAM. FVCHSII collectione scriptorum in honorem Principum Prussiac.

b) Exacta Academiae Regiomontanae descriptio exstat *in dem Erl鋟terten Preussen* Tom. IIII. et V.

c) ALBERTVS in constitutionibus Academiae Regiomontanae, quae reperiuntur apud GRVBIVM *I. c. pag. 171.*

nempe: *ut excitatis litterarum studiis huius Baltici sinus
incolas ad veram DEI agnitionem, et ad virtutis intelle-
ctum traduceret.* In hoc diplomate etiam Academiae
PRIVILEGIA, a Rege Polonorum, tanquam Domino
tunc directo, impetranda, promisit. Praesertim vero
maxime notanda sunt verba, quae circa finem huius oc-
currunt diplomatis: *Omnibus vero, quicunque in hoc no-
stro Gymnasio daturi sunt operam studiis litterarum, tribui-
mus et hoc priuilegium, quoties in tota ditione nostra con-
ditiones vacabunt, ut eorum prae ceteris ratio habeatur.
Posthac enim in nostra oppida non aliunde Parochi, Concio-
natores, Ludimagistri ac Scribae aduersentur, nisi ex Aca-
demia Regiomontana.*

§. XI.

Post fundatam Academiam ALBERTVS A. ^{civis} ~~civis~~ ^{xxxxvi.} d. XXVIII. Iunii ACADEMIAE promul- ^{xxxxvi.}
gauit CONSTITUTIONES, in quibus docentibus et ^{Constitutio-}
discentibus certus praescriptus est ordo. Agitur in il- ^{civis}
lis, de Rectore Academiae, de Decanis singularium fa- ^{Statuta sen-}
culturatum, de Senatu Academicō, de Oeconomō Aca- ^{leges Acade-}
demiae, de Notario, de Pedellis, de publico aerario, de ^{miae fuc-}
publicis professorum lectionibus, de disputationibus, de ^{promulga-}
declamationibus, de feriis ac vacationibus, de priuatis ^{tiae.}
praceptoribus, et tandem etiam certae leges academi-
cae praescriptae sunt iuuentuti. d) A. ^{civis} ~~civis~~ ^{lxxviii.} vero
d. XVIII. Martii STATVTA seu LEGES ACADE-
MIAE sunt publicatae, in quibus constitutiones de
B 3 A.

d) Constitutiones Academiae legi possunt apud GRVBIUM
l. c. p. 171.

A. ccccxxxxvi. partim repetuntur, partim extenduntur. e)

§. XII.

*A. ccccxxxxvi.
Privilegium
Academiae
est publica-
rum.*

TANDEM ALBERTVS A. cccclvii. d. XVIII. Aprilis speciale PRIVILEGIVM Academiae Regionis montanae gratiosissime concessit, illudque peculiari rescripto d. IIII. Decembr. A. cccclviii. omnibus Ducatus Prussiae statibus solemniter promulgauit; f) in quo egregia illa iura et immunitates continentur, quodque a SIGISMVNDO AVGVSTO POLONORVM REGE A. cccclx. d. XXVIII. Martii non solum per omnia est confirmatum, sed et nostrae Academiae, priuilegia ACADEMIAE CRACOVIENSIS simul clementissime sunt concessa,

§. XIII.

*I) Acad-
emiae con-
cessa sunt
omnia pri-
uilegia ex
Auth. Ha-
bita C. ne
fil. pr. Pat.*

Vt ergo haec iura et immunitates ordine explicemus I) quidem in Genere Academiae nostrae concessa sunt omnia priuilegia, quae in Authentica Habitacione filius pro patre, omnibus, qui litteris dant operam, sunt indulta: Sic enim loquitur Serenissimus Fundator in priuilegio Academiae: *Als geben, gestatten und verleyen wir in Kraft dieses unseres Briefes unser Vniuersitaet, samt allen derselben Professorn, Doctorn, Magistern, Scholaren und Verwandten, in unserm ganzen Fuerstenthume und Landen, alle und iedre Regalia, mit allen ieglichen Freyheiten, Rechten, Würden, Zieren, Zubehörungen und Gerechtigkeiten, wie die*

e) Inueniuntur apud GRVBIVM l. c. pag. 179.

f) Conf. Fuerstlicher Durchlauchtigkeit Marggraf Albrecht, des ersten Herzoges in Preussen, und der Vniuersitaet Koenigsborg Fundatoris, Auschreiben wegen gemeldeter Vniuersitaet.

die iemals von Römischen Kaisern, Koenigen oder Päbsten auf sie kommen, VND INSONDERHEIT das Privilegium authenticæ Habita C. ne filius pro patre &c. Notum est authenticas, quae Codici repetitae praelectionis Imperatoris IVSTINIANI insertae reperiuntur, illas potissimum dici, quae ius Nouellarum continent, quae et ipsae AVTHENTICAE adpellantur. Aliter vero comparatum est cum bac authenticæ Habita C. ne filius pro patre, vtpote quam Imperator FRIDERICVS I. speciali constitutione sanciuit, et dicto Codicis titulo inferi iussit, quaeque sequentis est tenoris:

Noua constitutio FRIDERICI.

Habita quidem super hoc diligenti inquisitione, Episcoporum, Abbatum, Ducum omnium Iudicum et aliorum Procerum sacri nostri palatii examinatione, omnibus, qui causa studiorum peregrinantur, scholaribus et maxime diuinarum atque sacrarum legum Professoribus, hoc nostrae pietatis beneficium indulgemus, vt ad loca, in quibus litterarum exercentur studia, tam ipsi quam eorum nuncii veniant, et in eis secure habent. Dignum namque existimamus, vt, cum omnes bona facientes nostram laudem et protectionem omni modo mereantur: quorum scientia totus illuminatur mundus, et ad obediendum DÉO et nobis, eius ministris vita subiectorum informatur, quadam speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiae exules, facti de diuitibus pauperes, semetipos exinaniantur, vitam suam multis periculis expoununt, et a vilissimis soepe hominibus (quod grauiter ferendum) corporales iniurias sine causa perferunt? bac igitur generali et in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus

*lus de cetero tam audax inueniatur, qui aliquam scolari-
bus iniuriam inferre praesumat; nec ob alterius cuiuscun-
que prouinciae delictum, siue debitum, (quod aliquando ex
peruersa consuetudine factum audiuimus) aliquod damnum
eis inferat, scituris huiusmodi sacrae constitutionis temera-
toribus, et etiam ipsis locorum Rectoribus, qui hoc vindicare
neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus
exigendam in quadruplum, notaque infamiae eis ipso iure
irroganda, dignitate sua se carituros in perpetuum. Verum-
tamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere
voluerit, huius rei optione data scholaribus eos coram domi-
no vel magistro suo, vel ipsis ciuitatis Episcopo, quibus hanc
iurisdictionem dedimus, conueniat. Qui vero ad alium iu-
dicem eos trahere tentauerit, etiam si causa iustissima fuerit,
a tali conamine cadat. Hanc autem legem inter Imperia-
les constitutiones, scilicet sub titulo, *Ne filius pro patre etc.*
inseri iussimus. Datum apud Roncalias Anno Domini
CICCLVIII. Mense Nouembr.*

In hac ergo constitutione Imperator statim in initio
sancit, hoc priuilegio gaudere posse omnes, qui studiorum
causa peregrinantur, scholares et maxime diuinarum ac
sacrarum legum professores. Ex hisce Imperatoris verbis
quidem nonnulli deducere conantur, I.) hanc authenti-
cam saltem ad discentes non vero ad docentes specta-
re; g) II.) priuilegia hic enumerata saltem iis esse con-
cessa, qui studiorum gratia peregrinantur, non vero his
qui in patria in studia incumbunt, h) ad primum vero
CHRI-

g) CONRINGIVS de *Antiquit.* Acad. pag. 135.

h) SICHARDVS ad h. anib.

CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTER i) et THOMAS LINDEMANN k) satis responderunt; et Imperatorem etiam PROFESSORVM expresse iniecerunt mentionem, haec testantur verba, *et maxime diuinorum ac sacrarum legum PROFESSORES.* Ad secundum vero quod adtinet, eo tempore, quo haec lata est lex, paucissimae erant Academiae, maxima ergo pars illorum, qui studiis se dicare cupiebant, patrios relinquere cogebantur Lares. l) Insuper et omnes rationes ab Imperatore allegatae, et ad illos applicari possunt, qui in patria studiis operam dant, quum et horum scientia totus illaminetur mundus, et ad obedientiam DEO & magistratibus eiusque ministris vita subiectorum formetur. Alia vero est quaestio, an illi his gaudere possint priuilegiis, qui nomina sua apud Rectorem non sunt professi. LINDEMANNVS modo allegatus quidem putat, hoc non esse necessarium, quia matricula non tam studiosum facit, sed esse probat. m) RICHTERVS vero hanc prolixer refutauit opinionem. n) Nostram quod concernit Academiam, in legibus expresse sancitum est, quod ille, qui nomen suum matriculae Academicae dare noluerit, ab omnibus priuilegiis Academicis sit excludendus. o) Porro promisit Imperator, *vt ad loca in quibus exercentur*

C

tur

i) CHRIST. PH. RICHTER *in comment. ad hanc authent.*

pag. 30:

k) THOM. LINDEMANN. *in diff. de Academiis earumque iuribus §. 62.*

l) LIMNAEVS *l. c. cap. VIII. n. 40. seqq.*

m) LINDEMANNVS *l. c. §. 53.*

n) RICHTERVS *l. c. pag. 24.*

o) Conf. GRVBIUS *l. c. pag. 299. n. 7.*

tar litterarum studia tam ipsi, quam eorum nuncū venire et in eis secure habitare possint. Securitas ergo indulgetur. Multi quidem hanc securitatem latissime interpretantur, et per eam litteratos ab omni vectigalium et tributorum collatione liberatos esse opinantur: ast verior videtur sententia Celeberr. CONRINGII, qui per securitatem nil magis quam defensionem ac tutelam ab omni intelligit iniuria, p) quia Imperator sese ipsummet explicat verbis mox subsequentibus, dum ait: *dignum namque existimamus, cum omnes bona facientes nostram laudem et protectionem mereantur - - - - quadam speciali dilectione eos ab omni INIVRIA defendamus.* Hinc que non verosimile est Imperatorem vocabulo INIVRIAЕ vectigalium tributorumque praestationem significare voluisse. Tandem et Imperator singularem Academiis concessit IVRISDICTIONEM, de qua §. sequenti mihi erit agendum.

§. XIII.

II.) *Acade-
mia gaudet
iurisdictio-
ne.* IVRISDICTIONE in genere est publica iuris dicendi potestas, et exercetur a Magistratu in illos, qui eius iurisdictioni sub sunt. Quum ergo Academia specialem quasi constituat Rempublicam, et magistratus in ea sit constitutus, ei etiam peculiaris iurisdictione in ciues suos competit, cuius fundamentum in authentica nostra expressis verbis reperitur, ex quibus luculenter patet, quod Imperator SCHOLARES (subquo nomine omnes, qui ad corpus spectant Academicum, intelliguntur) per speciale priuilegium a communi iurisdictione eximere et a proprio quodam iudice iudicari voluerit.

Luxta

p) CONRINGIUS l.c. pag. 177.

Iuxta hanc authenticam illis temporibus, vbi iam omnia repleta erant superstitionibus pontificiis, CLERICI, qui soli fere litteris nauabant operam, praeerant Academiis, et consequenter etiam vel sub nomine Episcopi vel Rectoris hanc exercebant iurisdictionem. q) Quum vero per salutarem LVTHERI reformationem etiam Academiis alia induita sit facies, hinc in nostra Academia ex omnibus quatuor ordinibus seu facultatibus, Theologica nempe, Iuridica, Medica et Philosophica constituti sunt PROFESSORES, qui Senatum Academicum representant, et sub directione Rectoris Magnifici, qui primam in omnibus negotiis habet notionem et cognitionem, IVRISDICTIONEM exercent, ita tamen, ut RECTOR, qui singulis semestribus iuxta ordinem facultatum eligitur, leuiores causas in officio Rectorali ipsemet decidat, arduas vero ad SENATVM referat. r) Ad PERSONAS, in quas haec, Academica exercetur iurisdiction, pertinent: I) Omnes docentes, siue sint Professores, siue Doctores, siue Magistri. II) Eorum vxores, viduae, liberi et domestici, qui in seruitio illorum reperiuntur, hi enim forum maritorum, parentum ac minorum sequuntur vel retinent. s) III) Omnes discentes, qui studiorum gratia in Academia morantur, dummodo matriculae sint adscripti. IIII) Omnes ecclesiae Ministri, Rectores et Collegae scholarum Regiomonti habitantes, si ex contractu vel delicto conueniuntur, item V) Pharmacopaei et Chirurgi. VI) Bibliopolae et Typo-

C 2

Typo-

q) LIMNAEVS *l. c. Cap. V. n. 3. seqq.*r) *Vid. GRVBIVS. l. c. pag. 173.*s) *l. 19. ff. de Iurisdictione et l. 22. ff. ad municip.*

Typographi, t) quibus adhuc addi possunt VII) Liberarium exercitiorum Magistri, vti saltationum, armorum tractandorum, et qui in arte pingendi excellunt, seque foro Academicо submittunt. CAVSAS quod concer nit, quae ad iurisdictionem pertinent Academicam, nullum quidem est dubium CAVSAS CIVILES ad forum spectare Academicum, idque vnanimi adfirmatur consensu. Circa CRIMINALES vero CONRINGIVS et alii iurisdictionem Academiis denegare volunt; v) et quidem I.) quia forum priuilegiatum nunquam ad Causas criminales, secundum principia iuris Romani, perduci potest. x) II.) Quia magistratus Academicus destitutus est territorio, sine quo iurisdictionis criminalis seu merum imperium non potest consistere. III.) Quia Imperator tantum iurisdictionem, non vero merum Imperium concessit. Aut recte LIMNAEVS multique alii Iureconsulti contrariam defendunt sententiam; y) partim quia beneficia Principum plenissime sunt interpretanda, z) partim quia genus concessum omnes suas complectitur species, a) et dispositio generalis tantum operatur quoad omnia, quantum specialis quoad speciatim enumerata, b) partim quia iurisdictionis in

- t) Conf. III. Praef. *Einleitung zur Preussischen Rechtsgefahrtheit.* Lib. IIII. Part. I. Tit. III. §. 9. pag. 518.
- v) CONRINGIVS l. c. pag. 145.
- x) Ob l. i. C. ubi *Senatores.*
- y) LIMNAEVS l. c. cap. VIII. n. 32. STEPHANI de iurisdictione Lib. III. Part. II. cap. 12.
- z) L. 3. ff. de Constitutionibus Principum.
- a) L. 4. C. de praescript. XXX. annor.
- b) L. 79. pr. ff. de legar. 3. et L. 51. ff. de admin. ius.

in suo ambitu etiam complectitur merum imperium c)
 Evidem inter Pontificios, vbi Academiae ab Episcopo,
 vel a solis clericis solum dependent, iurisdictione criminis
 exerceri non solet, aliter vero comparatum est cum
 Academis Protestantium, quibus a summo Imperante
 potestas varia Regalia siveque et iurisdictionem exercen-
 di est concessa. Hincque nostrae Academiae ex singu-
 lari Fundatoris gratia etiam IURISDICTIO generaliter
 est concessa. Haec enim priuilegii sunt verba: *Vnd in-
 insonderheit wollen, setzen und ordnen wir, dasz aller Pro-
 fessorn und Vniuersitaets-Verwandten Häuser, in welcher
 Stadt oder Vorstadt sie gelegen, befreyet seyn, darinn kein
 Stadtknecht mit gebieten oder verbieten kommen, Hand
 an iemand legen oder gefänglich hinwegföhren soll. Der-
 gleichen sollen der Professorn und Vniuersitaets-Verwand-
 ten Kinder, so lange sie unter dem väterlichen Geborsam,
 und uebegeben seyn, aller ihrer Aeltern Priuilegien fäbig,
 und keiner andern Obrigkeit, denn allein dem Rectori un-
 terworffen seyn, ferner Inhalts unserer Vniuersitaet Sta-
 tuten.* Inde, quum subsequentibus temporibus Iurisdi-
 ctio Academica a nonnullis in dubium vocaretur, illa
 per singularia rescripta iterum est confirmata. Ita enim
 in rescripto Electorali de A. 1610CXXII. sanctitur: *Dasz
 die Vniuersitaets-Verwandten einzig und allein Rectoris
 und Senatus Academicorum Iurisdictione unterworffen seyn, und
 bingegen von aller andern Bothmäigkeit eximiret bleiben,
 ist nicht mehr denn billig, soll auch darüber gehalten wer-
 den.*

C 3

c) L. 1. ff. de officio eius cui mand. l. 7. S. 2. ff. de officio praecoff.
 inncta. l. 6. pr. ff. d. t. et l. 6. S. 8. ff. de officio praef.

den. d) Et A. c*c*ic*c*XXXVIII. et c*c*ic*c*XXXVIII. per specia^lia mandata Senatus ciuicus ferio est admonitus, vt Academiam in exercitio Iurisdictionis nulla turbaret ratione. e) Huc etiam pertinet, quod nullus studiosorum per satellites vrbis vel per milites comprehendendi possit, nisi vt ad Rectorem ducatur, eique in custodiam tradatur. f) Porro nemo studiosorum in carcerem alienum includi potest, nisi tempus nocturnum id iubeat, vt tamen illucescenti die Rectori sit tradendus. g) Quod vero haec iurisdiction etiam CRIMINALES sub se comprehendat causas diserte disponit ALBERTVS in STAVTIS Academiae: *Leuora*, ait, *quidem delicta pro Rectoris, Senatusque arbitrio puniuntur, vel pecunia vel carcere, grauiora vero ut furt*a*, stupra, adulteria, periuria, blasphem*a* in DEV*M*, famosi et impii libelli, artes magicae, coniurationes, caedes, et his similia pro rei atrocitate puniuntor vel relegatione vel carcere apud Episcopum perpetuo.* h) Testantur id etiam multa exempla, praeferim vero proclama quoddam A. c*c*ic*c*XXXXVIII. nomine Rectoris et Senatus promulgatum, quo ADAMVS PRAETORIVS, qui IOANNEM RINGWALD in duello occiderat, se vero fuga subduxerat, praevio processu, solemniter est proscriptus. Hancque iurisdictionem

d) GRVBE *l. c.* pag. 274. *in fine.*

e) GRVBE *l. c.* pag. 276. et 278.

f) GRVBE *l. c.* pag. 189.

g) GRVBE *l. c.*

h) GRVBE *l. c.* conf. etiam Praef. Ill. *Einleitung zur Preussischen Rechtsgelehrtheit.* Lib. IIII. Part. II. Tit. I. S. 3. pag. 734.

Etionem Criminalem etiam variis aliis Academiis competere ZIEGLERVS testatur. i)

§. XV.

Academiae III.) *immunitas ab omnibus oneribus est concessa.* Huc spectant priuilegii verba : *Es sollen auch der Vniuersitaet Professoren und Verwandten von gemeinen bürgerlichen Auflagen, Schatzungen und anderen Beschwerungen und insonderheit vom Schoffe, Wache, Zeise (i. e. Accise) und so dergleichen fürfallen möchten, befreyet seyn.* Nil quidem aequius est, quam vt subditi Principi et ad sustentandam familiam , et ad Rempublicam tuendam; et ad publicos superandos sumtus certam annuatim trahant pecuniae summam, quem in finem vectigalia, tributa , aliique census sunt introducti, k) quae regulariter ab omnibus subditis sunt praestanda, quia omnes summi fruuntur Imperantis protectione. Quidam tamen ex singulari ratione a praestatione illorum sunt liberati ; eo et pertinent Academiae earumque Professores. Egregie hac de immunitate sentit ZIEGLERVS: *erudiendae, scilicet, suuentutis rationem maximum mereri fauorem, et docentes propter sedulam et assiduam curam, quam professibus suis debent, dignos esse, vt immunitate gaudеant, aut publicis tributis, quantum fieri potest, subducantur.* I.) Patet ergo ex priuilegio allegato Academiam nostram immunem esse, I.) ab omnibus oneribus publicis ac censibus, quae ciues oppidani & alii incolae praestare tenentur.

II.)

i) ZIEGLERVS de iuribus Maiestatis Lib. I. cap. XXIII. §. 6.

k) PHIL. LAV diss. de tributorum et collectarum iure. Reg. 1655.

I) ZIEGLERVS l. c. Lib. II. cap. II. §. 38.

IL.) Ab omni tributo tam personis quam rebus alias im-
posito , Germanice *Schoß* dicto. III.) A vigiliis prae-
standis: vnde sponte sua sequitur , quod etiam a prae-
statione pecuniae pro custodiendis aedibus dandae vul-
go *Wachgeld* debeant esse immunes , quum surrogatum
naturam sequitur surrogantis. IIII.) A vestigalibus,
quae nomine *Accise* veniunt. Quum vero exinde varii
abusus ac defraudationes viderentur oriri SERENISSI-
MVS REX FRIDERICVS GVILIELMVS gloriosis-
simae memoriae ad tuendam hanc immunitatem consti-
tuit, vt haec vestigalis species circa emtionem rerum sit
soluenda, aequivalens vero summa pecuniae Professori-
bus quotannis ex aerario Regio restituenda sit.

§. XVI.

*III.) Magistratus ciuicu-
rus Professo-
rum liberis
in subsidium
tutores con-
stituere de-
bet.*

Ad praerogatiwas Academiae nostrae quoque per-
tinet III.) *Quod Senatus ciuicus in subsidium Professorum
omniumque ciuium Academicorum liberis tutores constitue-
re teneatur.* Sic enim loquitur ALBERTVS in priui-
legio: *Vnd nicht desto weniger soll ein ieder Ratb unserer
dreyen Städte Koenigsberg , darinn der Vniuersitaet Pro-
fessorn und Verwandten wohnen , schuldig seyn , so oft sie
mit Tode abgeben , ihre Kinder als ihrer Bürger Kinder,
neben der Vniuersitaet , so sie erforderl , beschützen , anneh-
men , bevormunden , und aufsehen haben , damit denenselben
treulich und wohl fürgestanden werde.* Regulariter omnia
iudicia tutores constituere possunt , quae aliquam iu-
risdictionem in pupillum eiusque bona habent. Quum
ergo Academiae competit Iurisdictio, (§. XIII.) compe-
tit ei etiam facultas tutores constituendi. Accipiunt
vero

vero ab Academia tutores, liberi omnium eorum, qui ad Academiam spectant, quiue iurisdictioni illius subsunt, et supra iam enumerati (§. XIII.) Regulariter quidem ab Academia Professores, aliique ciues Academicci constitui possunt tutores, vt vt Professores ordinarii ad subeundum hoc munus cogi non possint. Quodsi vero ciues Academicci defint, vel ob rationes in iure admissas se excusare possint, tunc in subsidium tenetur Magistratus ciuicus, ex ciuibus suis Professorum liberis constituere tutores, qui in officio Rectorali confirmantur, et ad hunc actum ab ordinaria liberantur iurisdictione, simulque ad rationes Rectori Academiae Magnifico redendas obligantur.

§. XVII.

V.) *Gaudet Academia iure propolii, germ. der Vor-kauff.* Sic enim in priuilegio: *Gleicher Gestalt sollen alle mit iede unser Vniuersitaet Professorn und Verwandten, mit einem freyen Vorkauff allerley Viebes, und anderer hinuslicher Notbdurfft begnadet und befreyet seyn. Dergestalt, dasz sie solchen Vorkauff allewege auf öffentlichem Marckte und allein zur bauslichen Notbdurfft gebrauchen.* Regulariter quidem nemo ius propolii exercere potest, sed merces venduntur iuxta pretium, quod in foro obtinet, vel etiam cedunt plus licitanti, et nemo alterum in emendo turbare debet. Professoribus vero hoc ius per singulare concessum est priuilegium, ne longa licitatione ab ordinariis laboribus detineantur, ea tamen restrictione, vt merces sakte ad propriam emant consumtionem. Praesertim vero Oeconomus conuictorio Academiae praepositus, hoc vti potest iure, et si alter rem iam emerit, Oeconomus vero ea pro conuictorio.

D

opus

opus habere assérat, ille huic rem soluto pro pretio cedere tenetur. Singulari etiam hoc priuilegium firmatum est sanctione poenali, sic enim ait serenissimus Fundator: *Gebieten darauf allen und ieglichen unsern Vnterthanen, und ausdrücklichen den Kaufleuten, Fleischern und dergleichen Händlern, sie an solchem freyen Kauff keinerwegen zu irren, noch zu verbündern bey Straffe hundert Gülden, halb in unsre Rentkammer, von der andern Helfte das eine Theil in unser Vniuersitaet Aerarium, das andre Theil allewege in der Stadt Fiscum, da solcb Verbrechen gescheben, so oft dagegen gehandelt, unmachlich zu bezahlen.*

§. XVIII.

VI.) Academiae concessum ius piscandi in Pregela.

VI.) *Academiae concessum ius piscandi in Pregela,* quod sequentia testantur priuilegii verba: *Vnd mehr soll oftgenannter unser Vniuersitaet Professorn Macht und Gewalt haben in dem ganzen Pregel, unsern Zügen ohne einigen Abbruch zu ihrer Tische Nothdurst, und für die Haushaltung armer Studenten im Collegio, und nicht zu verkauffen, mit allerhand Gezeuge zu fischen vom iedermänniglich ungehindert.* Secundum IVS NATVRALE quisque ex libertate naturali pisces vbiue capere potest, et hodie adhuc ius piscandi in Oceano vnicuique tam de iure Romano quam Statutario competere videtur. Quoniam vero flumina publica hodie ad patrimonium pertinent Principis, in his nemo hoc ius exercere potest, etiam NOBILES ac POSSESRES PRAEDIORVM in fluuiis ac riuis, ad ditiones suas spectantibus, libera gaudent pescatione, nisi haec per singulare priuilegium illis fuit concessa. Ex singulari tamen Fundatoris liberalitate Academiacae nostrae Pro-

Professores hoc gaudent iure piscandi in Pregela, adtamen solum ad necessitatem et consumtionem illorum. Praesertim vero Oeconomus Academiae hoc ius exercere potest, quod ei etiam A. cccc. m. est confirmatum. m) Quoniam vero exercitium iuris piscandi Oeconomo molestum et magnis sumtibus obnoxium fuit, idcirco certa pecuniae summa in compensationem eidem ex redditibus praefecturarum soluitur.

§. XVIII.

VII.) *Professoribus et omnibus Academiae ciuibus concessum est freye Metz in molendinis; quod in priuilegio ita exprimitur: In unsern Mühlen zu Koenigsberg sollen unsrer Vniuersitaet Professori und Oeconomus zur Notbdurfft ihrer Haushaltung alleine allewege und ohne einige Einrede die freye Metze haben.* Germanica vox *Metze* communiter denotat sextam et decimam modii partem, quam molitores regulariter detrahunt, nisi illis eadem separatim soluatur, vnde haec pecunia etiam dicitur *Metzgeld*. Professoribus tamen immo et Oecono-
mo hanc modii partem detrahere nequeunt, ob singu-
lare hoc priuilegium, quod etiam in testamento AL-
BERTI est confirmatum; vbi verba sic sonant: *Dazu auch, wenn das Korn und alles andere, so dem Collegio und den Professoribus zuständig, in unsre Mühlen gebracht, da- selbst frey und ohne alle Metzung und Beschwer, gemahlen werden soll.* n) Hodie tamen haec portio molitori ad- signatur et relinquitur, ast rursus in pecunia iuxta tam frumenti Professoribus compensatur.

VII.) *Freye Metz in mo-
lendinis.*

D 2

§. XX.

m) GRVBE l. c. pag. 274. & 309.

n) *Prinilegia der Stände des Herzogthums Preussen* fol. 80. b.

§. XX.

VIII.) *Ius opifices habendi in aedibus suis.*

VIII.) *Professoribus etiam competit ius opifices habendi in aedibus suis.* Testantur hoc priuilegii verba: *Vnser Vniuersitaet Professorn und Verwandten soll ferner frey und zugelassen seyn ihrer Nothdurft nach, und nicht lünger noch anderer Gestalt in ibren Häusern Schmiede, Schuster, Kürschner, Tischaer und dergleichen Arbeiter zu setzen und zu halten, daran sie binfurder niemand irren noch bindern soll, bey hoher Straffe und Vngnade.* Alias omnes opificum tribus certam habent matriculam, in quam omnes inscribuntur, qui opificium quodam exercere volunt, quique, praestitis praestandis, et probata artis suae habilitate ac capacitate, iura magistrorum vulgo *das Meisterrecht* sibi adquisuerunt. Reliqui vero qui huic matriculae non dederunt nomina, et praestanda non praestiterunt, ab omnibus opificum priuilegiis sunt exclusi et mangones germ. *Bodabnhaasen* adpellantur, qui etiam sub poena certae pecuniae summae opificium suum publice exercere non possunt. Non solum enim in plurimis GERMANIAE prouinciis, sed etiam in PRYSSIA iam olim sanctum est, ut omnes mangones, intra vnius ab urbe lapidis spatium, non sint tolerandi. o) Sunt tamen quaedam aedes in nostra ciuitate a Principe priuilegiatae, ut ibidem opifices cuiuscunque generis habitare et opificium suum tuto exercere possint, etiam si matriculae non dederint nomina. Eo pertinent aula famigeratissimi SCHALICHII corrupte CALIXTEN HOF dicta, aedes Illustrissimum COMITVM DE DOHNA, et non nullae aliae.

Ea-

o) *Landes-Ordnung des Herzogthums Preussen von A. 1700cxxx.*
fol. 40.

Eadem ratione in priuilegio Academiae etiam PROFESSORIBVS concessum est, vt in aedibus suis quos cunque opifces habere possint, ea tamen cum limitatione, vt hi opifces saltem pro Professoribus, eorumque familia laborent. Diserte hoc exprimit FVNDATOR Serenissimus dum priuilegium hoc ita restringit: *ihrer Nothdurfft nach und nicht länger noch anderer Gestalt.*

§. XXI.

VIII.) Professoribus concessum est ius emigrandi tempore pestis et belli in aliud locum cum reseruatione salarii. Sic enim in priuilegio est sancitum: *Ob sichs auch zu-
trüge, dasz Krieg oder Sterbenszeiten vorfielen, welches aber der Allmächtige gnädigst abwenden wolle, und wir oder unsre Erben, Erbnebmen und nachkommende Herr-
schaft die Vniuerfitaet nicht zeitlich anderswegen wohin verlegen würden, soll einem ieden Professorn freystehen, mit allen den Seinen an andere gelegene und gewahrsame Oerter, oln einigen Abbruch des Stipendii seines Gefallens, bis es GOTT gebessert, zu entweichen, wenn aber unsre Vniuerfitaet zeitlich verleget wird, sollen die Professores beyammen zu bleiben schuldig seyn.* Dum enim Medici fugam, tanquam optimum aduersus pestem, remedium commendant, p) et regulariter vnicuique locum peste infectum derelinquere licet, nisi hoc certas ob caussas sit prohibitum. q) Hincque et aulae Principum, Comi-

D 3

tia

p) Huc spectat adagium:

*Haec tria lethiferam pellunt aduerbia pestem
Mox, lange, tarde, cede, recede, redi.*

q) Personas quae loco pestifero exire non possunt recentet B.
IOH. STEIN Acad. nostr. Antecessor primar. in diff. de irre
pefis §. XV. seqq.

tia, Academiae, aliaque collegia pestis caussa in aliud transferri solent locum. Professoribus vero Academiae nostrae etiam haec competit facultas, et quidem cum reseruatione salarii, ea tamen cum conditione si Academia non tempestive aliud in locum esset translata.

§. XXII.

X.) Professoribus aegrotis et senibus per integrum annum soluitur Salarium.

X.) Singulare etiam est priuilegium quod Professoribus aegrotis et senibus, qui lectionibus vacare nequeunt per integrum annum Salarium soluitur, postmodum vero, si non fuerint restituti, dimidium accipiunt. Sic enim loquitur Serenissimus Fundator: *Vnd ob durch göttliche Verhängniß einer der Professoren, mit langwieriger Schwachheit des Leibes überreilt und beladen würde, oder Alters halben unvermögend wäre zu lesen, soll ihm weniger nichts sein ganzes Stipendium ein Jahr lang, und so nach Ausgang des Jahres keine Besserung bey dem Kranken oder Alters halben unvermögend befunden, seine halbe Besoldung zur Ergötzung seines Fleisses jedes Jahr unverweigerlich gegeben und zugeschellet werden.* Testatur hoc priuilegium singulari Fundatoris gratiam nostram in Academiam, dum etiam Professoribus qui propter senectutem vel imbecillitatem amplius docere non possunt, et pro emeritis iam declaratis, dimidium ad dies vitae concessit salarium.

§. XXIII.

XI.) Mortuo Professore heredibus quadrantis salarium cedit.

Ad priuilegia etiam pertinet XI.) quod mortuo Professore heredibus quadrantis salarium cedat. Haec enim in priuilegio existant verba: *Vnd so oft ein Professor, wer der auch sey, so durch göttliche Schickung im Anfang des Quartals abstürbe, soll seinen Erben allewie des ganzen Quartals Besoldung unverweigerlich bezahlt werden.* Hoc priuilegium Professores commune habent, non solum cum sacerdotibus ac scholarum praceptoribus, sed et cum aliis in officio publico constitutis. Si enim hi in initio statim quadrantis suum obeunt diem, heredibus illorum tamen totius cedit quadrantis salarium, quod germanice das Sterbquartsal appellatur. *)

§. XXIII.

XII.) Professoribus

XII.) Professoribus, si coniux illorum est mortua in divisione cum heredibus vestes et librorum adparatus ceterum praecipsum cedunt.

Sic

*) Conf. vberius THEOD. NAVMANNI Amici post fara præmatura dilectissimi, Diss. de iure viduæ Prutenicae, sub Praef. III. ccxcccxxxviii. bab. §. XII.

Sic enim loquitur ALBERTVS in priuilegio. *Den Professoribus mortua uxo
sollen ihre Kleider und Bücher, wenn ihre Hausfrauen mit Tode abger
re in dini
hen, zum voraus und unverrückt folgen und bleiben, also dasz sie die-
fione cum
Selben in keine Theilung zu bringen schuldig, sondern als ihr vornehm-
beredibus
ste Kleinod und einige Instrumenta, damit sie desto besser ihre Kinder
vestes et li-
ernähren und erziehen können, für sich allein behalten, und ihres Ge-
briuen praec-
fallens legiren und damit zu thun und zu lassen Macht haben. Ad cipum ce-
dunt.*
*vestes quod adtinet, alii vidui hic in PRVSSIA hoc tantum
praecipuum habent, vt vnum solum idque optimum vestimen-
tum vna cum armatura extra diuisionem sibi adpropriare pos-
sint, ita enim in iure Prutehico disponitur: Doch dasz der Witt-
wer seinen Harnisch und bestes Kleid voraus nehme. r) Viduo vero
Professori ex speciali hac gratia omnia vestimenta relinquuntur;
Circa libros vero et Bibliothecam Professoris ipsa aequitas po-
stulat, vt haec adminicula studiorum, et quasi arma litterato-
rum ipsi propria maneant, cum sine illis nec litteris porro ope-
ram nauarc, nec studiosam iuuentutem erudire possit. Vtrum
vero hoc priuilegium tantum ad Professores ordinarios perti-
neat, an vero etiam ad extraordinarios, disputatum non nun-
quam est; Ex benigna tamen interpretatione et rationis iden-
titate, neque extraordinariis illud videtur negandum.*

§. XXV.

XIII.) *Concessa est Professoribus libera sepultura in templo Ca- XIII.) Pro-
thedrali. Non viuis enim solummodo prospexit Professoribus fessores libe-
D. FVNDARATOR, sed et mortuorum ossa honorifice et absque ram habent
sumtibus vt sepeliantur clementissime dispositi, ita enim in sepulturam.
priuilegio: Es sollen auch die Professores aus sonderlicher Begnadigung,
wenn sie versterben, frey Begräbnis in unserer Thumkirche bey der
Vniuersitaet gestuhlen iederzeit haben und behalten, außerhalb Stern-
bensläufften, und dasz es gleichwohl mit Wissen. Rectoris und Senatus
geschehe. Primis itaque temporibus sepulturam habuerunt in
templo Cathedrali, postea vero nempe A. crisiCVI. peculiares
prope ecclesiam cathedralem exstructae sunt cryptae in quibus
omnes Professores ordinarii eorumque vxores et liberi sepeliun-
tur. Extraordinariis vero ex singulari Senatus Academicci con-
ceditur*

r) *Premisch Landrecht. Part. II. Lib. V. Tit. XIII. §. 7.*

32 DE PRIVILEGIIS ET IMMUNITATIBVS ACAD. REG.

ceditur benevolentia. Locus Academiac proprius in priuilegio expresse assignatur , ita vt nihil pro illo soluere teneantur , vt tamen ab heredibus concessio desuper a Rectore et Senatu impetretur.

f. XXVI.

*Alia adhuc
enarrantur
priuilegia.*

Haec itaque sunt iura et praecipuae immunitates quae ACADEMIAE REGIOMONTANAЕ ex priuilegio. D. ALBERTI competunt. Sunt vero adhuc quaedam , quae illi a Serenissimis ALBERTI successoribus sunt concessae. Eo pertinent: 1) *Ius braxandi ad suam necessitatem absque ullis oneribus et vestigalibus*, quod Professores iam a fundatione Academiae exercuerunt, et A. C^{CCCCXXXVI}. ab Electore Brandenburgico , anno vero sequenti a VLADISLAO Polonorum Regi confirmationem desuper obtinuerunt. s) *Hodie vero loco huius iuris exercitii*, certa summa pecuniae ex redditibus Regiis illis quotannis soluitur. II.) *Quod vidua Professoris post obitum mariti annuatim certos modios frumenti gratis accipiat.* t) III.) Competit etiam Academiae IVS DETRACTVS et SVCCESIONIS in bona vacantia ciuium Academicorum , quod illi A. C^{CCCCCLXXXI}. ab Electore FRIDERICO GVILIELMO est concessum. v) IIII.) *Academiae cedunt omnes mulctae , ex edito perpetuo aduersus Duellantes et iniuriantes promulgato.* Quemadmodum et omnes aliae mulctae ciuium Academicorum , licet in alieno foro , forte in iudiciis mixtis fuerint dictatae Academiae ex speciali concessione D. FRIDERICI GVILIELMI cedunt. x)

f. XXVII.

Epilogus.

Haec Lector Beneuole tecum communicare consti-
tu. Libenter quidem fateor , multa quae hic occurrunt longiori tractatione fuisse digna. Ast breue temporis spatium , quod mihi in conscribenda hac dissertatione fuit permisum, me prolixorem esse prohibuit. Nil magis ergo precor , quam vt omnia pro singulari tua humanitate meliorem interpreteris in partem , simul vero vota tua pro salute matris nostrae ALBERTINAE cum meis coniungas, et illi perpetuum vroueas incrementum.

s) GRVBE l. c. pag. 225.

v) GRVBE l. c. pag. 292.

t) GRVBE l. c. pag. 274.

x) GRVBE l. c. pag. 272.

S. D. G.

PRAESES
AVCTORI ET RESPONDENTI
NEPOTI EX FRATRE DILECTO.
S.

Bene agis, quod dum almae Matri Albertinae nostrae valedicis, memoriam Tui specimine aliquo Musis nostris relinquas, simulque rationem studiorum tuorum reddas. Elegisti Thema *de Priuilegiis et immunitatibus Academiae nostrae*: Cum enim omnes Boni Anno hoc Saeculari Secundo dignissimam D. Fundatoris ALBERTI instituant recordationem, non incongruum Tibi visum fuit, et tuum hic conferre Symbolum Aurea haec Priuilegia merito defendis, quae ab indoctis et litterarum osoribus saepius arroduntur. Applaudo Tuis conatibus, et dum iter ad exterias prouincias meditaris, omnem
Tibi

Tibi felicitatem ex animo appreco: Perge modo in stadio , quod praeeunte
Aunculo Tuō **GVETTHERO** nostro
Viro Clarissimo aliisque Ducibus non
ignauiter currere coepisti, vt curriculum
faustis auibus absoluas. Evidem incidi-
sti in tempora, quae iuuenibus ad metam
obtinendam difficiliora videntur; sed fide
DEO , venerare REGEM, honora Mae-
cenates, ac in primis pietatem cole ; sic et
Ille, qui semper *Seminis nostri* fuit DEVS,
neque Te vnquam deseret, sed Vota et
benedictionem B. *Parentis* Tui largiter
implebit , vt scopum quondam in parti-
bus Tibi credendis feliciter obtinere
possis. Ego Te precibus meis comitari
nunquam desinam. Vale, et vt facis, ul-
terius me ama. Dabam e Musaeo X.
Calend. Octobr. A. ccccxxxiii.

RESPONDENTI NOBILISSIMO
GOTTLOB IACOBO SAHME,

S. D. P.

IACÓBVVS HENRICVS KVRELLA,
I. V. D. ET P. P. IVD. AVL. CRIM. ADS.

Quanti TE semper fecerim , et quanto TE prosequutus sum amore, *carissime* SAHME, alios eloqui potius volo , quam ad hosce prouocare codicillos, quibus non testimonium , optime apud nos tractae vitae, et copiosae eruditioris, quam improbo labore, et spontanea industria TIBI comparasti contexere, sed nouum intimi affectus documentum TIBI edere contendeo. Ex quo enim post obitum summe Venerandi atque nobis desideratissimi Parentis, ab auunculo TVO, *Amplissimo atque Excellentissimo* CHRISTIANO HENRICO GVENTHERO, viro bonorum laudibus superiore, in omni meliorum literarum studio, peculiari fide instructus atque educatus , et vna cum EO, ab *Illustri atque Excellentissimo Academiae nostrae Directore et Cancellario*, REINHOLDO FRIDERICO A SAHME, Patruo TIBI benevolentissimo , ad omne virtutis genus formatus es, iurisprudentiae nomen dare constituebas, et meis concreditus es scholis , talem TE mihi habere licuit auditorem, de quo iure optimo maximo gloriarer, TE aurum gloria pulsum , agnatorum cognatorumque vestigia adeo pressisse, vt iam tum certus confidere incooperim, fore vt scientiis, atauito gentis TVAE patrimonio , insignem aliquando additurus sis accessionem.

Nec

Nec fefellit me spes mea. Singularis industria, morum probitas, erga DEVVM pietas, quam in primis non fucato ardore coluisti, votis et exspectationibus ex aſſe responderunt. Quam ob rem, dum in publicum progrederis, iamque iterum eruditioris TVAE ſpecimen doctum publici iuris facis, non poſſum non, quin me eorum numero iungam, qui omnia meliora TIBI precati, conatibus TVIS ſincere adplaudunt, atque ex animi ſententia vount, ut quaecunque imposterum fuſcepturus es, pari atque felici coronentur ſuccēſſū. Iter ad exteras Muſas meditatis, doctiffime RESPONDENS; faxit DEVS fauſtum et patriae atque ſplendidissimae familiae TVAE proficuum et honorificum. Dabis extra Albertinam ſtudiis operam,

TE Pater Aeneas, et Patrius excitet Hector!

Nouos TIBI conquires amicos, (hos enim TIBI numquam defuturos, vitaे TVAE genus probum et emendatum praefagire iubet) noli obliuisci horum, qui TE prius amplexi ſunt, inter quos et me collocabis, ob amorem inter nos mutuum. Denique abſolutis laboribus, et decurso ſtadio, patriae, TVIS, atque amiçis TE redde, quorum quippe omnium votorum complementum in eo terminatum eſt, vt TE maiorem precibus atque ſuſpiriis ſuis reducem complectantur hilares. Quod ſupererit, cariflme SAHME, ſi quid in me collocaſti fiduciae, id de me perſuadum habeas, me TE absentem eodem prolixo adfeſtu proſequuturum eſſe, qualē TIBI et debeo, et hiſce publice ſpondeo. Vale. Dabam e Muſeo III. Kal. Octobr. A. R. S. ccccxxxix.



Digitized by Google

Digitized by Google